

cin disciplinarum, Historiae, Philosophiae, Astronomiae, Theologiae scholasticae, Fundamentorum Jurisprudentiae, Polemicae, Hermeneuticae sacrae, Theologiae mysticae, Onirocriticae, Magiae et Medicinae, Agriculturae, Astrologiae; cum indicatione auctorum et librorum in singulis disciplinis excellentium. Praemittitur disceptatio theologica, qua juvenis quidam Muhammedanus coram Wāḡiq-billah, Chalifa Abbasida, Judaeum, Christianum, Paganum, Dualistam et Haeticum Muhammedanum Bā-tinitam vicisse dicitur; et in fine adjungitur Colloquium, quod duo adolescentes eruditissimi, Beschīr Arabs et Schādān Persa, in deserto coram Harūn-er-raschīdo Chalifa de disciplinarum orbe habuisse traduntur. Opus scriptum est Murado III regnante (Chr. 1575—95). Cod. abs. A. H. 1039 (Chr. 1629—30).

No. 85. Cod. persico-turc. foll. 138, 4^o min., char. nestha'liq scriptus, *Uqnūmi-'Adjem*, Lexicon persicum, cujus auctor anonymus, quem tamen e praefatione Turcam fuisse constat, primum Infinitivos persicos ordine alphabetico ita recensuit, ut in quaque litera primum eos poneret qui post consonam initialem habent vocalem fatham, deinde eos qui kesram, tum eos qui dhammam. Cui recensui adjunxit conspectum regularum partis etymologicae Grammaticae persicae, id quod e praefatione intelligitur, quamquam ille in hoc nostro codice desideratur. Extremo loco sequitur Lexicon ipsum, etiam Infinitivos illos denuo exhibens. Ordo in singulis Lexici literis idem est qui in recensu Infinitivorum. Explicationes vocabulorum partim et ipsae persicae sunt, partim turcicae. Cod. abs. A. H. 934 (Chr. 1527—8).

— 86. Cod. turc. foll. 152, 4^o min., char. neschi scriptus, *Kithābi-Dedeḡ-Qorqud*, turcica orientali antiquiori illa seu oghuzica dialecto conscriptus. Est narratio de motibus intestinis inter tribus Itsch-Oghuzorum et Tāsch-Oghuzorum versus aetatem Muhammedis ortis, quorum finis is fuisse dicitur, ut Qazān-Beg, princeps Itsch-Oghuzorum, Urūz-Begum, principem Tāsch-Oghuzorum, pugna singulari

interfecerit, quo facto hi se illorum imperio submiserint. Nomen libri inde petatum est, quod in tota narratione magnae partes sunt Qorqudi cujusdam, qui vir pius et sapiens magnaeque apud Oghuzos contribules auctoritatis fuisse dicitur.

No. 87. Cod. pers. chart. orient. foll. 107, 4^o min., char. neschi antiquiori scriptus, continens partem quartam *Chymiae felicitatis*, auctore *El-Ghazālī*, de iis quae homines et in hac et in altera vita beatos reddunt; sed inde a capite sexto excerpta tantum exhibens. Cf. Codd. 4, 15 et 255. — Cod. abs. in urbe Hei A. H. 701 (Chr. 1301—2).

— 88. Cod. turc. foll. 75, 4^o, char. neschi scriptus, *A'djab-el-'udjāb* (Mirabilissima rerum mirabilium), auctore *Ma'hmūd Ibn-Qādhī-Minās*, vulgo *Minās-Oghlī* dicto. — Est liber in quatuor *maqālāth* divisus, de quaestionibus ad legem Muhammedanam pertinentibus, deinde de Arithmetica, tum de Historia naturali, Medicina, Magia, Alchymia et Divinatione, denique de vi magica lectionum coranicarum, precum, nominum vel epithetorum divinorum et singularum literarum, item de Astrologia judiciaria. Scriptus est liber Murado II regnante (Chr. 1421—51). Cod. abs. A. H. 1042 (Chr. 1632—3). Cf. Cod. 172, No. 10.

— 89. Cod. arab. foll. 115, 4^o, char. neschi scriptus, continens 1) *El-Kāfijah*, notissimam syntaxin arabicam, auctore *Ibn-el-hādijib*. Cf. Cod. 96, No. 1, Cod. 180, No. 1, Cod. 213, No. 1, Cod. 274, No. 1. 2) f. 31 v. sqq. *Aurāq li-i'rāb-dibādjetḡ-kithāb-el-mifbā'h*, Commentarium uberrimum in praefationem libri sequentis, praemissa explicatione versiculi coranici et distichi cujusdam de 'Alī Chalifa. Cf. Cod. 96, No. 2, Cod. 117, No. 1, Cod. 180, No. 4, Cod. 274, No. 2, Cod. 277, No. 1. 3) f. 73 v. sqq. *Kithāb-el-mifbā'h*, Syntaxin arabicam, auctore *El-Motarrēzī*. Cf. Cod. 180, No. 5, Cod. 213, No. 2, Cod. 274, No. 3. Cod. 277, No. 2. 4) f. 108 v. sqq. *Centum regentes*, auctore *Abū-Bekr 'Abd-el-qāhir Ibn-'Abd-er-ra'hmān El-Djurdjānī*. Cf. Cod. 180, No. 6, Cod. 213,

Umsatz;
aus der ältesten Denkmäler
d. türk. Sprache; wahrscheinl.
aus d. 13. Jh. stammend
veröff. Sтамбул 1912 von Kılıcı Rifat.